



1786.

1. Brüttner, Henricus Christoporus : *Observationes ex jure matrimoniali speciali secundum leges Osnaldinas.*
2. Klüber, Dr. Ludovicus : *De jure nobilitum feda militaria constitutis.*

1787.

- 1st. Klüber, Dr. Ludovicus : *Repictura contumeliosa.*
2 Exempl.
2. Mayer, Johannes Tobias : *De aberrationibus stellarum fixarum comprehendendis.*

1788.

1. Hallacher, Ernestus Indoricensis : *Principia juris Romani de prescritione criminali; iunctis cogitationibus nonnullis de abrogatione ejus intendenda.*
- 2nd. Klüber, Dr. Iacobus Ludovicus : *De nobilitate cardinalium.*
2 Exempl.

1788

3^a Tafinger, Wilhelm Gottlieb: De fundamento separandi
juris naturalis et philosophiae moralis ex divisione
afficiorum in perfecta et imperfecta petitione
quaestio retractata. 2 fasc.

1792.

Harsleburg, Fabius Petrus: Ad conditionem orationem
professoris juris ordinarii . . . innotescit. . .
Tres commentatiois in confirmatione Casus
pactorum contractus, aliorumque quorum
istud consensu pars prior.

1793.

1. Randolph, James Achelias: De jure reipublicae beneficis,
imperii aperte sive majora, sive minoria, ducante
interregno, serenissimis imperiis Thomassionibus.
Ab quo consensu statuimus impiori haec competente.
2. Seiler, Georg Christianus Historicus: Historiae protestantis
Contra Imperialis supremam decretorum & communis
nos ad integrans causam.

3. Wigand, Iustus Henricus: De noxa fasciarum
infantum imprimis quoad genitalia.

1796.

1. Emsinghaus, Dr. Ernest. Bent: Ad amicorum orationem
in aditu professoris iuris ordinariae . . . invitat.
Fusunt & manuato tacto ejusque praesertim tactu
suscipitio nonnulla.

2. Gros, Cornelius Henricus: Ad amicorum orationem,
quam pro munere professoris iurium publici ordi-
narii . . . recte erundo . . . habituos art. . .
invitat. Recensit tractatus meditationes quaedam de
justo Philosophiae usq; in tractando jure Romano.

1797.

Graudenus, Cornelius Augustus: Polascio & provosallio
contempue distinctione in necessarios et voluntarios
orationis professoris iuris ordinariae . . . alioz
iae causa rectitudine praemissa

1798.

Gros, Charles Huricius: *De natione paenitentia foren* frag
diuin.

1809.

Glaeck, Christianus Fridericus: *De debito obsecrato here-*
dictatem siti detinam aut legatum relictum bonis
eius et creditores possessus omittitur

1812.

1. Rosshirt, Johann Konrad Hugo Frey: *Neben der Theorie*
des protestantischen Rechts und über das Verhältniß desselben
zum Civilrecht.

1818

1. Bucher, Carolus: *Ad audiendum de praestantia*
juris Romani orationem . . . invitat. Tert.
Specimen animadversionium in Tomo I. M. P. I.
quae in primos Digestorum titulos migrauit

Vorle.

1818

fragmente.

2. Orthoff, Fredericus: *Commentatio iuris Romani
de Thesauris ad § 39 F. de aer. div. (II. 1.)*; p.
3 § 10 d. de jure fisci (49. 14.) et. C. m. C. de thesau-
ris (X. 15.).

111

der, und das ist ein sehr schönes
und einziges altes und nichts jüngeres.
A. C. Goldschmidt hat es mir geschenkt
und ich habe es (1804) auf mein Schreibtisch
gestellt. Es ist ein sehr schöner
und kostbarer Schrein.

III

DE
IURE NOBILII
FEUDA MILITARIA
CONSTITUENDI

LECTIONUM
IN ACADEMIA ERLANGENSI

PER SEMESTRE AESTIVUM A. C. cloiocccccxxxvi


A SE INSTITUENDARUM

CAUSA

EXPOSUIT

1786, 2

D. IO. LUDOVICUS KLÜBER



GOETTINGAE

APUD IO. CHRIST. DIETERICH



Nobilium causa multa ea que paeclarata, tum
in aliis regnis *) tum in primis in imperio
nostro, ab antiquis inde temporibus sive con-
stituta esse sive vsu inualuisse atque consuetu-
dine, nemo, arbitrator, rei nostrae gnarus, nisi
vindictam illam patiens, quam de contemtori-
bus sui iureconsultis per omnium rerum oc-
casiones sumit historia, facile negabit. De
quo in vniuersum, quia cotidianum fere est
argumentum, ideoque aut parum aut nihil no-
vitatis gratiae habiturum, quaedam comme-
morare non adtinet; quis enim La Roquii,
Tiraquelle, Noldenii, quem quidem ex Tira-
quelle multa descripsisse notat Mauritius, Knip-
schildii, Matthaei, Ricci, Cramer, Scheidtii,
Barthefii de Marmorieres nescit libros? quis
Strubii, Schulenburgii, Senkenbergii, Steckii
aliorum que curas ignorat? Quibus viris nos
ipsi suo cuique nomine amplissimis honorem au-
toritatem que praefamur. Quae inter pae-
cua nobilitatis iura, subdubito paulisper, an
postremum omnino occupet locum ius illud
constitundi beneficia militaria, vt adeo mi-
rum videri debeat, neminem, quod sciam, eo-
rum, quos laudauimus, eius mentionem inie-
cissemus.

A 2

cisse.

*) Velut de veteri regno Mexicano perhibetur in the
History of America by Will. Robertson T. II. l. 7.

cisse. Quin vnum nouimus , iuris historiae que scientia haud incelebrem , Estorem , quod eo vsque procedere non dubitauit , vt data , dicunt , opera studeret euincere *), quae eius rei laudantur exempla , non esse iure veri feudi censenda , sed emphyteuseos tantummodo aliorum negotiorum , quae perhibentur feudis vicina ; deinceps vero **), re penitus considerata , ne , errorem vt cunque correcturus , molestiae quid sibi adspergeret , sententiae perfugium magis quaerebat , quam parabat , ambigens de statu earum gentium , de quibus exempla ista narrantur ; forte dynastarum olim ordini adscriptas fuisse , aut praedia saltem dynastiae iuribus insignitas comparasse sibi aiebat . Sed quicquid eius sit , nos , cum auspicio lectionum aestuarum emittere gestiamus , illud ius nobilium , de quo nonnunquam adhuc inter eos ambigitur , qui procliuiores in partes , quam in rectam deprehenduntur , subtili quadam argumentatione primum , deinde certis rerum argumentis , exemplis denique ipsis iis que sat multis firmare pro virium modulo admitemur .

CA.

*) In libro : *Auserlesene kleine Schriften T. I. P. III.*
num. IO. p. 100.

**) ibid. T. III. P. X. num. 6. p. 339.

oriae
qui
data,
quae
veri
nodo
feu-
con-
urus,
ntiae
am-
s ex-
olim
dy-
ebat.
a le-
illud
c in-
rtes,
qua-
is re-
que
nite-

C A.

III.



5

C A P U T I.

Quis dicatur nobilis. Indoles feudi militaris, item nobilis. Interpretum contentio. Nobilis imperiendorum praedii nobilis iurium incapax.

Ne tamen festinantius, quam verendum est, ne nonnullis par visurum sit, rem adgrademur, quid nobis nobilium, quid feudorum militarium nomine sit, paucis ante ea indicandum. Etenim, ut omittam, qui nobiles olim vocati sint *), breui que omnia complectar, eum, qui praerogativa ciuili ea que hereditaria ita apud nos gaudet, vt medius stet inter illustres atque personas ciuici ordinis, virum nobilem dicimus. Quam rationem et ad eos licet pertrahere, quos comites et barones vel dynastas titulares nuncupat nostra aetas; neque cum b. Hommelio **) ordini cuidam me.

A 3

di.

p. 34.

*) De quo praeter alios uberiori exponunt *La Roque* tr. de la Noblesse p. 311. 318. 319. seqq.; *Cramer* de iurib. et praerog. nobilit. autar. p. 60. 85. et seq. *Pfeffinger* in *Vitriar*, illustr. L. I. tit. XX. p. 856. seq. *Effor* de ministerial. p. 3. 158. et 320 usque 416. *Buder* amoenit. iur. feud. p. 101. seq., *Schruben* obs. I., *Scheidt* vom Adel §. 10. not. m. p. 68. sq., (*Perill. de Steck*) von dem Geschlechtsadel (L. 1773. 8.) p. 20 usque 26.

**) Rhaps. quaest. for. T. VI. obs. 899. num. pag. 564. sq.



dioxumo adscribere hos ausim , illud , cum valde dubitem , an firmo prorsus stet talo in disciplina nostra , quam fingunt , regula , comparatum in classem eius , cui comparatur , non in sequentem esse colloquendum , hoc , quoniam leges , quas , non ingenium , sequi est iureconsulti , de ordine quodam intermedio silent , et mores item , ac nihil satis firmi video , quam ob rem accipere nouum hunc rei nostrae expediat ordinem . Quamvis igitur comites vel barones isti hac tituli mutatione maiorem omnino fortiantur honoris gradum eos tamen ideo ordini suo , hoc est nobilitati inferiori , eximi non credo , quod quidem vsu cotidiano , tum inter illustres tum potissimum inter nobiles immediatos , haud difficulter cognoscitur . Itemque si quispiam quaerat , num forte argumento nostro conueniat , eos dumtaxat nobiles dici , qui a militaribus aetatis mediae genus ducunt ? negandum est ; siquidem ius illud , quod tueri animus est , quamvis singuli covtantur vfae que primum sint istae gentes militares , toti tamen ordini tribui fas duco . Quapropter hic de gente nobili , an antiquioris illius instituti , an suspecta , an vero recens creata sit ? frustra quaeritur . Deinde , quae est altera pars disputationis nostrae ad praeparationem spectantis , militare feudum dicimus , quod propter militiam viro militari olim concedebatur , hodie autem , cui insunt iura praediorum nobilium praecipua , quae nostri verbo nobilitatis realis complecti solent . Vnde consuetudine feudorum recentiori nobile invrimis vocatur feudum militare , nostratisbus Ritter-Gut , Ritter-Lehn , Frey-Schild-Lehn , Edel-Lehn

Lehn seu Adelich. Lehn *). Quae enim contra
pirosque iuris beneficiarii interpretes ex Can-
gio disputat doctissimus Hommelius **), omni
tempore feudum militis nobile dictum esse, pa-
rum idonea videntur : quippe cum omne feu-
dum maiores nonnunquam dixerint nobile,
vt a praediis emphyteuticis et censualibus,
quae "ignobiliter" possideri aiebant, seiunge-
rent ***), ignobiles autem clientelas, quae re-
centiori demum tempore hodie que reperiuntur†),
veluti ciuico aut plebeio ordini tributas, certe

A 4

nesci-

*) *Moscov de iure feud.* c. III. §. 24. 36. *Möller* di-
finit, *feud.* c. III. d. 8., *Schilter* instit, *iur feud.*
c. IX. §. 4. *Haltaus* gloss, v. *Edellehen*, illuſtr.
Püttmann obf. *iur. feud.* c. 36.

**) In libro : *Academ. Reden über Moscov.* cet. facie
paginar. 105. et nuper totidem fere verbis in
Rhaps. obf. 588. n. 31. T. V. p. 372. Quin duo-
bus exemplis, quae ex Cangio adfert vir beatus,
plura ex tabulis aetatis mediae, si expediret, addi
possebant, veluti ex rarissimo *Samuelis Guichenonis*
libro, cui titulus *Preuves de l'histoire genealogique*
que de la royale maison de Savoye, ch. anni
1242. etc. 90., et tabula Henrici VII. imp. ibid.
p. 138., item ex gefsis abbatum Mediani monaste-
rii apud Edm. *Martene et Vriginum Durand* T. III.
thesauri anecd. p. 1105. et alii.

***) Vti luculenter constat ex *Molinaco*, *Gallorum Pa-*
piniano, ad confuetud. *Parisiens.* tit. I. §. 15. n. 4.
et *Baldo* consul. 353.

†) *Schilter* comment. ad I. F. A. ad rubr. §. 18. seq.
et ad cap. I. §. 23. et cap. 2. §. 96.

val-
n dis-
compa-
non
oniam
econ-
silent,
quam
e ex-
s vel
forem
s ta-
nferi-
coti-
inter-
citur.
argu-
nobis
e ge-
illud,
li eo
mili-
Qua-
uior
econs
quae
aepa-
mus,
con-
prae-
verbo
con-
rimis
tter-
Edel-
Lehn

8

nesciuerint, vt proinde male nonnulli soldatam inter feuda connumerent, quam merum stipendium fuisse ex ipsa descriptione II. F. 10. oppido adparet. Cui rei, cum maxime argumentum nostrum attingat interpretum que labore, quos mirum, quam torserit, impedita sit magis, quam expedita, paullulum lubet immorari. Tollitur autem, si quid iudico, controuersia et incertum omne ista ea que notissima animaduersione, cui innititur nostra explicatio. De qua, vt magis pateat, sic velim teneas. Distinctio feudi nobilis et ignobilis, quod Schilterus minus concinne vocat plebeium, in consuetudinibus feudorum occurrit nuspia, vti recte monuit Ludolfus Hugo *), ideo que merito ab Hertio traductus Feltmannus, qui nonnullas leges feudales hic minus apte trahit; nec adeesse coepit ante quam feuda ignobilia inualecerent, hoc est, cum homines ciuici et pleboii ordinis feudorum facti essent capaces; neque vero, cum adesset, quicquam de ea vere innotuit citius quam viri docti, cum disciplinam feudalem secundum artis regulas componere tentarent, ea vterentur, vt distinctius breuius que loqui posseant. Serius igitur in vocabulum artis transiit, quam nobiles nostri hoc nomine sine discrimine vti coepere, cuius rei ante seculum decimum quintum pauca admodum occurrunt vestigia, vti post alios nuper perill. de Steck l. commen. docuit. Itaque frustra a nonnullis quae situm fuerint haec feuda, quae milites, quos nobiles hodie dicimus, olim accipiebant et, quod addimus, dabant vicissim, feuda nobilia?

*) De statu regionum Germ. P. III. §. 24.

bilia? Immo militaria, quae posthac nobilia
dici coeperunt. Quorsum igitur haec dispuo?
Ut intelligere possint, feudum nobile eo, quo-
nunc adpellamus, modo olim non adfuisse
hodie que, feudum nostrum siue nobile dicas
siue militare, parum interesse. At nondum res
confecta est. Enimvero aīs, in chartis cliente-
laribus aeiī medii feudum nobile passim reperi-
tur. Vtique: quid inde? Pergis, cum inficetum
esset, feuda nobilia militibus adscribere, quos
inter nobiles Germania non collocauit olim,
patescit, feudum nobile in tabulis vetustis
nihil aliud esse, nisi feūdū regale, saltem
comiti vel dynastae concessum. At vero duo
sunt, quibus contra te vtor. Alterum, quod
olim, vt supra dixi, cuncta feuda fuerint no-
bilia (fiefs nobles), cum feuda ignobilia (fiefs
roturiers) nondum haberentur *), et proinde
vox illa *nobile*, si forte adiecta fuerit, rei ne-
que addidisse quicquam neque detraxiſſe, licet
non negauerim feudum tanto magis fuisse nobile,
quanto maior fuit dignitas siue dantis siue possi-
dētis; quocirca fuit adposita laudandi gratia,
cum praedia emphyteutica et censualia non
nisi ignobiliter, vt loqui solebant, possideren-
tur. Alterum, si feudum nobile idem olim
fuisse ac regale, quomodo, quaeso, mili, quem
nobilem dicimus, tribui potuſſet, quod tamen
factum esse indicat locus ex Cangio ab Hom-
melio productus, seu, quod fere idem est, si

A 5

mobile

*) Quod bene nuper monuit doctiss. Hervé tomo I. o.
peris amplissimi, qui Lureiae Parif. anno superiori
operarum formis excusus est, cui inscriptum Théo-
rie des matières féodales et censuelles.



*nobile illud a dignitate possidentis, non a re, hoc est feudo, vnicē effet profectum, quomo-
do miles capax eius esse potuisset, quem tum
temporis nobilium ordini non adscriptum fuisse
saepe commemoratum est? Sic certe rem con-
fecisse mihi videor omnem; siue enim Hertii *),
qui feuda nobilia interdum notare feuda regalia,
re vera autem e vulgo recepta vernaculi ser-
monis consuetudine descendisse feudum nobile
arbitratur, siue Comr. Rittershusi in partitio-
nibus iuris feudalnis Estoris que in libro de mi-
nisterialibus, qui feodium regale intelligunt,
siue Thomae Cragii, in iure feudali, atque Hen-
rici Spelmani **), siue Ludovici Chantereau le
Febure ***), siue Io. Bapt. Chrystinaei ****), siue
ducis illius copiarum clientelarium, Rosenthal-
lii,*

*) Opusculor. vol. I. de feudo nobili, Sect. III. §. 2.

**) In gloss. archaeol. artic. C. in reformato Norman-
niae costumario, vbi : *l'heritage noble est celuy a
cause du quel le vafall tombe en garde et doit sou-
er hommage ; quae certe omni feudo conueniunt
et saltem nostram sententiam confirmant, omne sci-
licet feodium olim nobile fuisse,*

***) In tr. des fiefs, vbi feuda nobilia sic describit:
*Benefices en vnu - fruit à vie les gens de guerre,
qui depuis ont esté appellez nobles ; cacterum in
ea haeret sententia, vt ipsa haec feuda nobilitatem
tribuant.*

****) Iurispr. heroicæ Bruxellis anno superioris seculi
LXVI, in forma duodecima euulgatae num. p. 69.
art. I. §. 62. et art. IV. §. 12.

lii, qui nihil certi definire ausus est, aliorumve
*) de feudo nobili rimeris doctrinas, semper
incertior euades, si cum monumentis aei
medii compares. Interim, vt redeam, variae
feudi militaris species, a seruitiis potissimum,
nominantur, veluti feudum clypei, loricae
sive halsbergae, equestre, sagittae, castrense
sive stagii, quin ipsum feudum francum, quod
haud ambigue naturam sapis beneficij militaris,
et aliae. Perfruebant enim milites, quod no-
tissimum, loco stipendi pрадio feudo ve.
Neque proinde gratis concedebatur ipsis bene-
ficiorum eiusmodi usus; sed eum in finem cli-
entelas recipiebant, vt, quum dominus iuberet,
in militiam proficerentur vel ipsi, vel, quod
idem erat, per vicarium idoneum. Vocati que-
hoc modo clientes, vbi ad edictum domini
praefecti erant clypeis, loricis, equis, sagittis
cetero que armorum habitu instructi, vel in
castro rem domini tuebantur, pro beneficiis
merabant corporibus suis; vnde quoque di-
versa ista in re clientelari feudorum nomina **).
Quae omnia tamen nolumus eo valere, vt

vi-

*) Antiquorum sententias habes apud *Tirquellum de no-*
bilitate cap. VII. operum T. I. p. 41. seq. Inter re-
centiores nominare placet *Helfeldium*, qui in elem.
iur. feud. §. 336. n. o) feodium nobile dicit, cui
inhaeret votum in comitiis provincialibus, de quo
lectores iudicent,

**) *Le Febure l. c. p. 217. Add. Alteferra de originib.*
feudor. pro morib. Galliae p. 318.

¶

videamur tantum tribuere nobilitati, ut praedia,
quae feudali iure largiatur, ipsa hac concessione
iura praediorum nobilium adipiscantur. Tan-
tum enim abest, ut hoc adfirmare velimus,
ut potius, si quis propria auctoritate eiusmodi
quid ausus fuerit, id criminis, cuius poenas luat,
dare non dubitemus. Namque dignitas illa prae-
dio ante ea inhaereat necessè est, eam que imper-
tire, eius, penes quem summa rerum in repub-
lica, non priuatorum, est; perinde tamen videtur
detur, an diserte principis voluntate obuenierit,
an tacite, velut immemoriali praescritio-
nione. In quo sane ingens deprehenditur
discremen inter potestatem imperantis beneficia
militaria seu nobilia largiendi, eamdem que,
qua nobiles gaudent.



CA

CAPUT II.

*Pugna interpretum de potestate feuda consituendi
vniuerse in primis que nobilium. Autoris sententia.
Cui non repugnat, ciuitates nonnumquam et monaste-
ria feudorum militarium dandorum aut esse aut
fuisse capaces. Argumenta pro nobili-
bus proposita.*

Si quaeras in vniuersum, quis dare feudum possit? non eadem omnium erit virorum doctorum responsio. Duplicem autem in primis tenebis. Sunt enim, qui a potestate alienandi simpliciter sumant argumentum, inter quos Rosenthalium, Huldericum ab Eyben, Stru- vium, Cocceium, Rhetium, Beyerum, Hor- nium, Buderum, C.F. Hommeliu[m] alios que deprehendes. Alii contra non nisi nobilibus superioris ordinis et aliis, qui superioritate territoriali gaudent, ius feuda concedendi tribuunt, vti Möllerus (Dist. IX. cap. VI.) cum iis, quos excitat. Vix vpus erit, alter ve, quem nobilium inferioris ordinis inter feudorum dandum capaces videas mentionem facere, ita tam plerumque, vt vel a libera alienandi potestate deprimant rationem, vel olim tantummodo id ius nobilium, licet impeditius, adfir- mare videantur, vel iis solum gentibus, quibus vasalli sunt ab antiquo, nec tamen praeter haec exempla vsu atque consuetudine firmata illud

¶

illud tribuant, vel denique quaecunque eius rei laudantur exempla, non esse feuda recta, vt loquuntut, perhibeant. Quibus ego quidem, vtpote ab omni adulazione partium que priuatae ve vtilitatis studio alienissimus, vt calculum adiiciam, a me impetrare non possum. Etenim quo minus scribendo rei meae cupidus sum, hoc sum ad inuestigandum curiosior. Quum autem animadverterem, vel eos, qui illud ius, de quo agitur, non negant, solis fere exemplis adquiescere, neque in his nobilitati omne esse praesidium intelligerem, de rationibus cogitare coepi. Quamuis igitur, scite obseruante Mascouio, vt quis feudum concedere possit, omnino requiratur, vt liberum rerum suarum habeat arbitrium, quod, vti naturalem habet rationem, iure etiam communi (II F. 5.) nititur, praeter illud tamen, cum ex aei medi ratione imprimis disciplina nostra feudalis repetenda sit, ex fine, ad quem et dantur et habentur feuda, et vsu ipso, satis adparet, non quemlibet feudum constituere potuisse, sed eos tantum, principes praecipue, qui cum seruitiis clientum opus haberent, tum eos vicissim iuuare ac protegere possent. Quorundam nobilibus inferiores referre ipsa vetat rerum gestarum memoria, si feudorum dandorum habiles ab eorumdem capacibus, vt par est, solerter se iungas*). Nec erit, puto, cui exempla, qui bus

* De quo nuper ill. Biener libellum solide perscrispsit: de ciubus praefertim Saxonis feudorum equestrium capacibus, L. 1784. Add. Perill. de Selchow electa iur. Germanor. publ. et priv. p. 205. §. 32.

Homme-

bus intelligitur, ciuitates nonnumquam et monasteria feudorum militarium dandorum aut esse aut fuisse capaces, obstare videantur. Namque tantum abesse credo, vt haec opinioni meae repugnet, vt valde ego ipsi consentanea esse existimem, cum partim ciuitates et monasteria nobilibus, si non potentiores maiores que dignitate habere, saltem vt plurimum aequiparare debeas, partim ipsa ratio atque finis feudorum, de quo paulo ante dixi, illis aequae conueniat. Sic quidem ciuitates quasdam, veluti Stettinum, ex priuilegio iure nonnulla feuda militaria concedendi gauifas esse, memoriae prodiderunt Alb. Ge. Schwarz in libro bonae frugis plenissimo *), et Senkenbergius, vir rerum nostrarum curiosissimus **). De monasteriis item succurrunt mihi exempla apud West-

Hommelius quidem existimat (Rhaps. obs. 485. et 578.), rusticos non solum feuda constituere posse, sed et ipsa bona rusticorum censitica feuda esse.

At vero, cuius pretii sit ista sententia, facile iudicari potest; Legi merentur, quae habet perill. de Selchow, l. c. p. 208. §. 32. et in elem. iur. germ. §. 263. ibique cit.

*) Versuch einer Pommersch - vnd Rügianischen Lehn-historie, pag. 299. ad an. 1319. et p. 312. ad an. 1321.

**) In Selectris iur. et histor. Tom. II. pag. 55. add. Hommelii akadem. Reden cet. num. pag. 138. §. IV.



Westphalos in primis: noui, virum nobilem a Wreden ibi syluam quamdam prope praedium ipsius Obernhaufen a monasterio sive, quam ibi vocant, abbatia Marienmünster tamquam feudum tenere; noui, praedium nobile Heilbeck sive Heidelbeck, quod in praefectura Varenholz situm est, a monasterio, quod olim fuit, Möllenbeccensi genti nobili Heilbeckiorum, et, postquam haec extincta esset, nobilibus de Westphalen inde ab anno cloccccx. feudali lege datum fuisse *). In Palatinatu superiori monasterio ordinis S. Benedicti Weifenoënsi itidem olim fuisse vasallos nobiles, docuit me Praelatus eiusdem summe reuerendus, Maurus, vir integrissimus rerum que bonarum cupidissimus.

Quin imo contra, ius feuda militaria constituendi pro temporum et illorum, vnde nobiles illud repetunt, et nostrorum conditione tanti non esse aestimandum, ut nobilitas latifundiorum diuitiarum que possessione passim conspicua rei que olim militaris, perinde ac principes, maxime compos, illo vel parum digna haberi queat, haud difficile est intellectu. Imo credibile est, nobiles saepe vasallorum auxilio tum ad tuendas opes suas, defendenda castra, tuendos suos ab excursionibus hostium et similia, tum ad expeditiones bellicas, quas haud raro suscepiebant quibus que laborem ac tempus a somno, itinere, venatione, comedesi-

*) Geschichte des Möllenbecker Klosters von Paulus.
Rintel. 1784.



tionibus liberum fere vnicē impendere solebant,
magnopere indiguisse; itaque, cum liberalitatis ma-
teria non decet, clientes sibi parare stude-
bant. Alii contra, quibus non tam ampla fortu-
na vti licebat, (quamvis aequē militaris essent
conditionis) vt clientes alere possent, quibus et
se sua que defendarent et ad expeditiones, vel
ad vindicandum illatas sibi, vel ad inferendum
aliis injurias, vterentur, fauore potentiorum
opus habebant, in quorum clientelam se sua
que conferrent; hi igitur aut principem, comi-
tem, dynastam aliquem, aut virum suae con-
ditionis potentia atque auctoritate conspicuum
ac sibi vicinum adibant, et, vt in vasallorum
numero essent, impetrabant. Sic facile con-
stat, qua re potissimum factum sit, vt nobiles
nostrī seu homines militaris conditionis olim
feuda militaria possent constituere. Vt taceam,
militum feuda, forte ob frequentiam, tanti
olim non fuisse habita, vt ad ea conferenda
dignitate aut potentia quadam eminentiori o-
pus fuisset, cum, illa non tam honorem, quam
seruitia secum tulisse atque possessōribus dedi-
se, tenendum sit, vti fere de beneficiis suis loqui-
tur Carolus crassus in constitutione quadam pe-
nes Io. Philippum Labbe *) ; honoris autem,
ea vocis potestate, qua olim vtebantur quam
que Cangius indicat, impertiendi nobiles omni-
no fuisse impares, si a dignitate militari re-
cesseris, non est quod dubitemus. Cum igitur
feuda militaria tum temporis non tam hono-
rem quam seruitia et maioris securitatis spem

lar-

*) P. II. in elogiis historicis regum Franciae. Add.
Gundilingii diarii, de feudis vexilli p. 47.



largirentur possessoribus suis, neque adeo quae-
ri posset, vtrum eiusmodi feudum concedens
alicui, qui genere militaris non erat, eo ipso
videatur iura militaris generis concedere, pro-
fecto nihil fatis firmi video, cur hanc ob cau-
sam viris illis, qui vere isto genere nati erant
militari, potestas feuda militaria conferendi
negari queat.

Deinde pro iure nobilium nostrorum feu-
da militaria concedendi haud incommodo ar-
gumentum ducere mihi video ex veteri disci-
plina militari, quae dici non potest quam ar-
cte olim cum re feudali coniuncta fue-
rit quanta que vtramque intercesserit sub-
inde similitudo *). Quilibet autem cingulo
militari praeditus, hoc est miles (Ritter), sine
omni discriminé, sive genus sive dignitatem
honorem ve civilem consideres, ea et gaude-
bat et vti solebat facultate, vt alios, qui ge-
nere militaribus non essent inferiores ceteris
que, quas leges militares imperabant, virtutibus
instructi, vicissim dignitate equestri exornare
atque milites creare posset. In quo sane digni-
tas eius, qui nouos honores ambiebat,
plane non spectabatur; tamquam enim, vt
verba magni illius Grotii**) mea facere liceat,
"im-

*) Le Laboureur traité de la Pairie pag. 278. vnde
paucra transcribere non piget; „Aussi les cérémonies
de la Chevalerie sont- elles une espece d'inver-
siture et représentent - elles une maniére d'hommage”. Inprimis vero hic laudari meretur liber ele-
gans perinde ac utilissimus lectu que iucundus, b.
Curnii de la Sainte-Palaye Mémoires sur l'ancienne Chevalerie (à Paris 1755-1781. 12.) T. I, pag.
66. seq. et alibi, qui hoc ipso tempore nostra cura au-
ctior atque limatior in vernacula prodit.

**) Deiure belli et pacis lib. I. c. 3. n. 3.

"imperium ciuile non desinit esse summum, et iam si princeps prouinciam teneat in feudum", ita nihil prorsus referebat, cuius dignitatis ordinis ve esset ille, qui cingulum militare recipiebat, dummodo faltem militari genere ortus. Hisce ita constitutis mirum videri non debet, virum non nisi militaris conditionis haud raro aliis viris summae dignitatis, vt regibus aliis que principibus, quin subditos principibus suis eorum ve filiis militiam seu equestrem dignitatem tribuisse eos que milites creasse. Sic, vt exemplis vtar, legere meminimus, Bayardum, militem Gallum, qui tanta pollebat virtute, vt suae aetatis homines illud.

Integer vitae sceleris que purus (Chevalier sans reproche) vno quasi ore ipsius nomini adderent, post proelium Marignense Franciscum I., regem suum, deinde ducem Lotharingiae et fratrem eius, Guisum, qui exercitu, quem Lansquenets adpellabant, praeerat, milites creasse *); pariter constat, Henricum II., Gallorum regem, Francisci I. filium, cum adhuc Delphini nomine vteretur, parentis exemplum sequutum atque a mareschallo de Biez a. 1536. militari cingulo exornari sese passum esse †); denique, ne patrium id que luculentissimum desit exemplum, Fridericus II., Landgrauius Thuringiae, teste Sagittario, a Friderico de Wangenheim, milite Thuringiae fortissimo, in ordinem militarem receptus est. Hoc modo militaribus exornatum honoribus, quamuis

B 2 am-

*) *Curne de la Sainte - Palaye l. comm. T. II. p. 91.
seq.*

†) *Histoire des hommes illustres, T. VII. p. 18c.*



amplissima vteretur fortuna atque summo loco
natus esset , eum , a quo acceperat istos hono-
res , per omnem vitam tamquam parentem sive
patronum colere , fas erat , atque si ipsi , plane ut
in re feudal i vassallus domino suo , et reuerentiam
et fidelitatem debebat *). Neque vero ob hanc
ipsam caufam dissimile est , signum illud inuestitu-
rae , quod inter ritus militiae inaugurales diligen-
tissime custodiebant , e re feudali originem trahe-
re , cum domini , vt vinculum clientelare sive ar-
ctius redderent sive honore quodam adficerent ,
vassallum annum vicecum secundum agentem ,
qua fuit aetas recipiendis tum feudis tum cingulo
militari idonea , aut serius , saepe feudo atque militia
simul donarent . Luculentissimum vero pro causa
mea testimonium sine dubio cernitur eo , quod et
principes et milites singuli potentia atque opibus
conspicui aliis militibus pro vassallis vterentur
iis que feudi sive praedii loco stipendum confer-
rent . Quae cum ita essent , quilibet miles , licet
militari tantum genere ortus , alios viros eiusdem
dignitatis sub suo vexillo pro facultatum modo
ducere poterat . Immo , si hi , quos educeret , in
Germania numerum denarium (zehn Spieße
oder Helme wohl erzeuger Leute) aequarent ,
in Gallia vero minimum viginti quinque essent ,
a principe maioris dignitatis gradum . Bannerii
sive vexillarii (Pannerherr , Chevalier Banneret)
impetrabat **). Quod si igitur apud animum repu-
tes

*) Exempla habes in *Muratori annali d'Italia Tom. VIII.*
pag. 117. et in libro *Brantomii utilissimo , Histoire des Duels p. 185.* Add. *Curne de la Sainte - Palaye l. l. T. I. p. 224.*

**) Praeter alias vide sis P. *Honoré de Sainte - Marie*
dissérations sur la Chevalerie art. II. p. 6. et La
Lande traité du Ban p. 56.

tes partim amplitudinem dignitatis militaris, sane maiores conditione vasalli, partim similitudinem atque coniunctionem illam, quae utrique intercedebat, fateri te haud ambigue oportebit, potestatem milites nominandi et ius conferendi beneficium militare instituta fuisse valde vicina, quae aut parum aut nihil inter se distarent, quin, si inter se compares, illam hoc videri honorificientrem. Etenim quid impedit, quo minus ita meis de causis disputem eam que rem opportune in utilitatem meam conuertam?

Tum si in rebus similitudine quadam coniunctis e maioribus minora quaedam tutius aliquando licet colligere, praesidium opinioni meae quaero haud contemnendum inde, quod rei nostrae adeo non repugnet, nobilibus interdum esse potestatem ordinis inferioris nobilitatem hominibus ciuici ordinis conferendi. Quam imperatoris munificentia quibusdam datam esse, exemplis constat. Cuius rei, nescio, an memorabilius sit, quam quod adserit Io. Ulrich Christoph. Tresenreuter*); namque edidit codicillos imperatoris, quibus Ioanni Paumgartnero, libero Baroni, et vincuique posteriorum Paumgartnerorum primo genito, dum viueret, vnius liberi Baronis creandi, nobilem singulis bienniis nominandi, tres denique viros bene meritos quotannis decorandi armis insignibus, datur potestas. Pari modo litteris Leopoldi imperatoris, quibus In-

B 3 gel-

*) In Sylloge selectar. observ. iur. germ. obs. X. §. 4. pag. 72. vsque 76. Add. S. Ven. Segri diss. de iure conferendi dignitates in imp. rom. germ. L. 1773. §. XVIII. et Leben Johans Paumgartners, in Pauls von Sternen des jüngern Lebensbeschreibungen zur Erweck. v. Vn-terhalt. bürgerl. Tugend, zweite Samml. (Augsb. 1782. 8.) Num. IV.



gelheimii ex antiquissima gente militari oriundi inter liberos S. R. I. Barones a. c*1510*C_{LXXX}. collocabantur , his simul priuilegium nobiles inferioris ordinis nominandi datum est †). Quibus certe intelligitur : si rei nostrae consentaneum est , nobilibus interdum esse potestatem nobilitatem ipsam conferendi , multo magis ei conuenire , eosdem , cum liberalitatis materia adsit alia ve opportunitas , vsque frui militaria feuda constituendi iure.

Praeterea fons ipse , si mores excludas , vnde descendere mihi videtur ius illud nobilium , quaeri debet in iure belli priuati atque armorum : quorum causa in primis feuda inualuisse supra commemoratum est . Quod ius personis militaribus seu nobilibus olim fuisse , cum non ex imperio ciuili , quod superioritatem territorialem nuncupamus , aestimari soleret *), partim legibus , vti sanctione Friderici I. imp. anno c*1510*C_{LXXXVII}. promulgata (apud Meichelbeck. hist. Fris. T. I. p. 2. instr. p. 567.) , partim moribus aeuii istius , partim denique innumeris exemplis satis adparet . Nolo satis nota repetere , cum otium mihi fecerint tum alii tum praecipue perill. de Selchow in egregia lucubratione **). Illud vnum addere liceat , ne quis haec

†) Loca quaedam ex tabulis imperatoris exhibent *Ludolf* in catal. priuil. S. R. I. Ele^ror. Princip. et Stat. de non appellando p. 159. et *Riccius* vom landsaef. Adel p. 302.

*) Quicquid contra *Sincer. Alectophilus* (Sattler) in d. vertheid. Beweiss der teutsch. R^staende Landesh. vor d. fogen. grossen Interregno §. 30. , qui , ius investiendi vasallos inter iura regalia olim fuisse habitum, contendit.

**) De iurib. ex statu ingenuor. in Germ. pend. c. 2. §. 34.

haec miretur , alia multa , quae , si non magis , saltem aequae insignia arbitrantur viri docti , simili iure esse censenda , veluti ius pacta , quae vocant , vnionum hereditiarum , confraternitatum , ganerbinatum , pacis burgorum et alia eiusmodi ineundi , quin ipsa foedera belli pangendi*) atque ius aperturae sibi stipulandi potestas †) , quae omnia nobiles nostros olim usurpare ac etiamnum , praeter ultimam , quodammodo usurpare , norunt omnes.

Denique nostros hoc iure frui , ipsis moribus cognoscitur. Ingenui equidem fateor , feudorum leges tam germanicas quam langobardicas sententiae meae perfugium praebere nullum. Neque vero etiam aduersantur. Silent , quoniam tum temporis , cum fancirentur , res virorum militarium nondum eo peruererat , ut potentia , honore atque opibus tantopere ceteris ingenuis praefulgerent ; namque serius illo iure vti coepere , videlicet ex quo cum Plauto , quanta e quantillis iam sunt facta ! licet ipsis adclamare ††). Et quid est , quam ob rem silentium legum moremur nihil renuentum ? cum nobiles re vera et usu gaudeant hoc iure. Inter iureconsultos autem non ambigitur , posse ea omnia iura , quae per modum

B 4 priu-

§. 34. in eius Electis p. 210. vsque 217. Hinc scite admodum perill. Bochmer in princ. iur. feud. §. 83. ius feuda militaria constituendi , ait , non nisi eius esse , cui aut habere milites licet , aut eos saltem in fernitum feudi adducendi facultas competat.

*) Exempla sunt in chartis a. 1330. 1370. et 1315. in Archiv. Landscron. ap. Guden cod. dipl. T. III. num. 108. 224. et ibid. n. 89.

†) Vide sis e. c. Archiv. Landscron. l. l. n. 57.

††) Senkenberg prodr. iur. feud. p. 120. §. 5.

priuilegii concedi queunt, etiam immemorialis praescriptione acquiri, ac proinde diuturnitatem temporis et principum patientiam pro titulo et consensu esse. Conuenienter enim Cicero : "verbisne fatis hoc caustum erat? minime. Quae res igitur valuit? voluntas; quae si tacitis nobis intelligi posset, verbis omnino non vteremur". Quid? quod ipsum Carolum IV. imp., tamquam Bohemiae regem, memini, Theodorico de Porticz ipsis tabulis ~~¶¶~~, quibus eum Baronem regni Bohemiae nominat atque insignia Alberti de Leuchtenberg confert, pro se et heredibus suis diserte facultatem tribuere, "vt in regno suo Boëmie quinquaginta vassallos instaurare possit et valeat, ita ut quilibet talium vassallorum decem sexagenas redditum tytulo vassallatus possideat, et non vitra, et sint dicto Theodorico de Porticz et eius heredibus ad fidem, homagium et obsequia more vassallorum fideliter obligati". Et Leopoldus imp. in sanctione quadam*) in gratiam nobilitatis immediatae Franconiae nostrae anno ~~cccc~~ CLXXXIX. promulgata potestatem nobilium immediatorum, feuda, quae ab imperio tenent, aliis sua conditionis conferendi, haud ambigue agnoscit verbis: *föndern auch — — empfangen haben* — —. At vero haec omnia, lector, quae hactenus disputata sunt, vbi lubet, vide re iam licet exemplis confirmata.

CA-

†) Penes Glafey in Syll. anecd. P. I. n. 106. p. 179.

*) General-Expectanz auf die vacirende Ritterschaftliche Leben für die Ritterschaft in Franken; in d. H. R. R. ohnmittelb. freyer Rittersch. der 6. Ort in Franken Ordin. ceter. (1772. 4.) p. 223.

C A P U T III.

*Exempla collatorum a nobilibus feudorum militarium;
in quibus congerendis caute versandum.*

In congerendis diiudicandis que collatorum a nobilibus feudorum militarium exemplis, ne hallucinemur, dupli ratione cauendum est. Altera, ne pro feudis habeamus, quae non nisi emphyteufeos aut bonorum censitieorum nomen merentur; in quo Buderus, vir limati iudicij *), subinde lapsus est. Altera, ne nobilibus nostris tribuamus, quae Dynastis debentur; quo pertinet e. c. feudum iurisdictio-
nis in ahenarios, quod Sigfridus a Strafenberg,
miles, a. 1361. tamquam subfeudum imperii
nobilibus de Rathsmhausen concessit: Stra-
lenbergius autem fuit Dynasta **). Quod vero exempla nostra adtinet, antiquissima,
quod sciam, inuestiture litteris testata sunt,
quae, licet nomina dantium reticens, produxit

B 5

b.

*) Exemplo, quod ex Jacob Gabr. Wolfi elem. iur. feud. p. 302. n. (1) adfert in amoenit. iur. feud. n. 16. p. 110.

**) Vid. libellus meus, *Versuch über die Gesch. der Ge-richtsleben*, p. 95. et 123. et comment. doctiss. de Familiä Dynastar. Stralenberg. ex tabb. antiqu. illuſtr. in *Hift. et Comment. Acad. elect. scient. Theod. Palat.* Vol. V. hiftor. (Mannh. 1783.) num. XI. Plura ex-empla habes in ch. a. 1331. in *Hundii Bayerisch. Stammbaum* T.I. p. 369. ; in ch. a. 1310. ap. Kremer, in d. Akad. Beitr. zur Gtch. v. Berg. Gesch. T. I. Cod. prob. p. 17. ; in ch. a. 1311. ap. *Guden.* cod. dipl. III. n. 70. ; in ch. a. 1323. ibid. n. 153. ; in ch. a. 1295. ibid. p. 1181. et alia, quibus incuria vituperabiles fa-
cile decipiuntur.



b. Estor †) de annis 1370. et 1473. *Volprachto Hasè et Hennen Martorf*, militibus, tributa. Idem l. comm. ex charta a. 1605. narravit, genti nobili *Wolf de Guttenberg* nobiles de Schultetten vasallos fuisse, eidem que genti Hermannum de Calenberg a. 1595. fidem obtulisse feudalem; itemque (ibid. T. III. p. 340. sqq.) probavit, gentem nobilem *Riedeselorum* immediatam "lohanum Raitzmul Burgmann zu Alsfelt" ch. a. 1501, nobiles de Rotzmann ch. a. 1685. et nobiles de Lehrbach ch. a. 1615. vasallos inuestiville; denique fatetur, in principatu *Anhaltino* vasallos nobiles dominorum nobilium reperiri, sibi que ex actis judicialibus constare, nobili ab *Einsiedel*, possessori dynastiae Seidenbergenfis in Lusatia, vasallos nobiles, inter quos nobiles de Kyau, existere. Ex chartis vetustis a. 1310. 1292. 1275. 1305. 1318. 1331. 1427. et 1453. apud Scheidtium ††) liquet, nobiles de *Rottingen Kniggios*, nobiles de *Schepenflete Hamersleuios*, nobiles de *Vorenbole Sudersenios*, nobiles de *Holtibusen dictos Berkule*, et de *Kallenberg Heinemannos*, nobiles de *Emersleue Nendorpios*, nobiles de *Wenden Querumos*, nobiles de *Goltorne nonnullos*, et nobiles de *Dorstat Schwicheltios*, vasallos nobiles habuisse. In Hassia familias nobiles *Boineburgiorum*, *Malsburgiorum*, *Stockbusiorum*, *Schenckiorum*, *Hundiorum*, *Buseckiorum*, *Rüdebusiorum*, *Windebusiorum*, *Derßborum* aliorum que vassallis ciuici nobilis que ordinis fuisse esse que instructas, testes sunt

†) Auserles. kleine Schr. T. I. p. 702. seq.

††) Mantissa docum. p. 336. 385. 421. 422. 427. 429. 505. et 506.

funt duuumiri doctissimi †). A *Pfraumberiorum*
nobili Wetterauiae familia Gernandum de Schwal-
bach a. 1594. subfeudum accepisse, adparet ex lit-
teris investiturae *). Ex responso quodam apud
Leyserum (medit. ad ff. Spec. 447. m. 3.) constat, nobi-
les de Bresau a *Wartenburgiorum* gente nobili feu-
dum tenere. Steinbergiorum familiam nobilem
a nobilibus de *Affenburg*, de *Cramm*, et de *Steinberg*
lineae *Wispensteinensis*, item nobiles de Bennig-
sen a *Lindbergis* feuda quaedam possidere, ostendit
b. Struben (*Rechtl. Bedenken* T. II. obs. 142.)
tabulis a. 1751. 1760. 1718. 1727. 1579., qui et-
iam testatur, nobiles de Dassel feuda possidere
Oldershausenia et *Minnigerodenia*. Gens *Donopiorum* nobi-
lis in Westphalia syluanam quandam, Brunerberg dictam, quae
pertinet ad praedium nobile in ciuitate Blomberg, Loffbergis
nobilibus tamquam feudum dare solet **). *Pflugio* nobiles
in terris *Misenenibus*, et *Wangeremios* in principatu Gotho-
no variae dignationis feuda cōtulisse et forte hodie conferre,
perhibent Buderus et Hommelius ***); atque plura eius modi
exempla rorari in Saxonia electoral, potissimum prope Lip-
siam, accepi a S. Ven. et ill. Segero, praecoptore quondam
meo. Tandem testem voco locupletissimum, Alb., Ge.,
Schwartzium, virum eruditissimum †), qui de seculo XIII.
scribit, gentes nobiles, qui tum in Pomerania sedes loca-
runt, nonnumquam de praediis, quae a principe eius regio-
nis feudali lege impertrauerant, alii sitae conditionis sub-
feuda constituisse, eos que deinceps in hac re gentes indi-
genas imitasse, ex quo sensim praedia sua pariter principi

tam-

†) Perill. *Gatzert*, vir purpuratus et eximius, in progr. de iure
nobilium mediator, subvassallos in seruictum militare
olim adducendi dominis, Gießl. 1781. p. 4. et ill. I.A. *Hof-
mann* Abh. von d. vormal. v. heut. Kriegsstaate, T. I.
p. 42. n. II), et in libro teutonica Reichspraxis, T. II. p.
204. n. m.)

*) In b. Eberhardi Beytr. zur Erläut. d. deutschen Rechte
P. I. p. 297.

**) W. Stphael. Magazin, B. I. Heft II. (1784.) p. 147

***) Ille in amoen, iur. feud p. 109, hic in d. akad. Reden,
p. 136.

†) I. 1. 1. p. 149. — 151. sqq et p. 944 et 1016 **).



tamquam feuda obtulissent; qua re factum esse, ut ibi permulti nobiles subvassallis nobilibus vii sint, veluti *Borckii* *Drostdowiis*, *Knuteniis*, *Kettleriis*, *Lockstereniis*, *Melliniis*, *Meisteritiis*, *Preefisi*, *Precheliis*, *Vsbeckiis* et *Zastrowiis*; *Bugenbagenii* *Hagenowiis* et *Everdis*; *Demitzii* *Hanowiis*, *Klempzowiis*, *Precheliis*, *Süringis* et *Wegneris*; *Eickfeldii* *Pfuiis* et *Köteritiis* in marchia media; *Mannzeuffeliis* *Kriesiis*; *Ostii* et *Blücherii* *Borentiniis*; *Ramelii* *Flatowiis*; *Wedii* *Sageris*, *Lentziis*, *Vogtiis*; *Zozenowii* denique Redeleris. Nolo plura cumulare testimonia ††). ne tadio lectores adficiam. Vnicum tamen liceat adhuc commemorare ex charta admodum recenti, licer antiquis sit; namque ad manus sunt litterae initio superioris seculi datae, quibus eiusdem fit mentio. Videlicet gens nobilis de *Ebersperg*, dicta de *Weyhers*, nobilitati *Franconiae* nostraræ immediate adscripta, tractus cuiusdam, die Wüstung Streu dicti, dimidiata alteram nobilibus de *Tann*, qui sunt eiusdem conditionis, alteram ciuitati Fladungeni (cui data a. 1545. inuestituræ litteras possideo) feudaliter confert. En tabulas, nisi taedet!

Ich Georg Friedrich von Ebersberg genannt von Weyhers auf Gersfeld, Hettenhausen, Hadelbach und Weyhers etc. Sr. Hochfürstl. Durchl. des regierenden Herrn Marggrafen zu Brandenburg Anspach Bayreuth Cammerjunker und Premier Lieutenant bei der Leib Garde zu Pferdt, derzeitiger aeltester dieses Geschlechts und Stammes, als Lehnsherr, bekenne hiermit für mich, meine Erben und Nachkommen, wasmassen der hochfürstl. Fuldaische Geheimde Rath und Obermarschall, Herr Christoph Friederich Freyherr von und zu der Tann mir des mehreren zu erkenn-

††) Quae e. c. videri possunt apud Eberhard. I. c. p. 297. seq., Engelbrecht, de iuriib. ordinis equitum, in Pomerania p. 55., de Balthasar. Nachr. von d. Landgerichten in Schwed. Pommern T. I. p. 40. sq. et 305. sq., Senkenberg. prim. lin. iur. feud. §. 162. et in diff. de feudiis Br. et Lueb. §. 17., Pfeffinger. Hist. des Hauses Br. Lueb. T. I. p. 711. sq. et 734 sq., comitem Franz A. de Brandis in des Tyrolischen Adel immer grünen Ehengränczel, T. II. p. 93. et 97., et Sagittarium hist. Gothana p. 82. et 119.

i per-
 orckii
 liniis,
 astro-
 vitzii
 neris;
 Ann-
 melii
 novii
 ††).
 adhuc
 ciqui-
 is se-
 gens
 anco-
 , die
 Tann,
 ingen-
 ali ti-
 von
 und
 nden
 Bai-
 der
 Ge-
 bier-
 was-
 und
 berr
 er-
 ken-
 297.
 rania
 in
 k en-
 Br.
 Br.
 A d.
 enden
 i n m

kennen gegeben, wie ibme unterm 19. Octobr. 1740.
 von meinem sel. Vater, weiland Herrn Georg Ludwig von Ebersberg genannt von Weybers, als damaligen Seniore Familiae und Lehnbern, die Anwartschaft auf das Weyberische Stamm und Aelter Lehn, die halbe Wüstung Streü genant, so oberhalb Fladungen gelegen, und dermalen Herr Wilhelm Heinrich von und zu der Tann besizet, ertheilet, auch nachhero Anno 1747. den 17. Iulii von dem Churmainzischen Cammerherrn und Obristen Herrn Friedrichen Freibern von Ebersberg genannt von Weybers und Leyen, meinem Oheim, als damaligen Reichs Adelich Weyberischen Geschlechts Aeltesten, confirmiret - und ein Lehns Expectanz Brief darüber ausgesertiget worden, von Wort zu Wort also lautend:

Ich Ernst Friederich von Ebersberg genant von Weybers und Leyen, auf Gersfeld, Haßelbach und Weybers etc. Sr. Churfürstl. Gnaden zu Mainz Cämmerei und Obrister zu Fuß, auch Hochfürstl. Fuldischer Geheimer Rath, der Zeit der Aelteste dieses Geschlechts und Stammes als Lehnsherr, bekenne hiermit für mich und meine Erben und Nachkommen, wasmassen der Herr Geheime und Ritter Rath Christopher Friederich Freiberr von und zu der Tann, mir des mehrern zu vernehmen gegeben, wie ihm Anno 1740. den 19. obris von meinem seligen Bruder, weiland Herrn Georg Ludwig von Ebersberg genant von Weybers als damaligen Seniore unsrer Famille und Lehnbern die Anwartschaft auf das Weyberische Stamm und Aelter Lehn, die halbe Wüstung Streü genant, so oberhalb Fladungen gelegen, und dermalen Herr Otto Engelhard von und zu der Tann besizet, ertheilet, und ein Lehn - Expectanz Brief fol-



folgenden Inhalts darüber ausgefertiget worden, von
Wort zu Worten also lautend:

Ich Georg Ludwig von Ebersberg genant von
Weybers auf Gersfeld, Haselbach und Weybers,
der Zeit der Aeltesten dieses Geschlechts und Stammes
als Lehnsherr bekenne biermit für mich, meine Erben
und Nachkommen: Nachdem bei mir der Reichs-
frei Hochwohlgebohrne Herr Christoph Friederich
Freiherr von und zu der Tann, auf Ost- und
Nordheim, Waldbebrungen, Frankenheim und Birx
etc. angefuchet und gebeten, daß ich als Senior
familiae und Lehnsherr über das von Herrn Otto Engelhard
von und zu der Tann dermalen innenhabende
und von mir ihm und dessen Stamm geliebene Lehn
die halbe Wüstung Streu genant (so oberhalb Fladun-
gen gelegen, und darauf E. ehrbarer Rath zu er-
meldten Fladungen die andere Helfte besitzt, auch
dariüber ihm Herrn Otto Engelhard von der Tann
mein Lehnbrief d. d. Gersfeld den 17ten xbris 1739.
ertheilet und ausgefertiget) im Fall derselbe oder sein
Herr Sohn Wilhelm Heinrich von und zu der Tann,
oder auch über Kurz oder Lang derer Nachkom-
men ohne männliche Leibes Lehns Erben versterben
und dieser Stamm erlöschen, mithin besagte halbe Wü-
stung Streu mir oder meinen Nachkommen, dem Ael-
testen meiner Famille als denen rechten Lehnherren
wiederum beimfallen würde, denselben bedenken, und
ihme und seinem männlichen Erben und Nachkom-
men die Anwartschaft zu verschreiben und zu bewil-
ligten belieben wolte; Und ich dann mit Vorbewußt
und vorheriger Einwilligung meines Herrn Bruders,
Herrn Ernst Friederichs von Ebersberg genant von
Weybers und Leyen, und der dermaligen Vormund-
schaft über meines seel. iüngsten Herrn Bruders, Herrn

Io-



Johann Christoph Philipp von Ebersberg genant von Weybers hinterlassenen Sohn, Herrn Leopold Ernst Philipp von Ebersberg genant von Weybers, in Betracht auch vorgedachter Freiherr von und zu der Tann, mit denen von der Tann Nordheimer Linie einerlei Stammes ist, in dessen Begehrn gewilliget, und ermeldt Herrn Christoph Friederich Freyherrn von und zu der Tann, an oben beschriebener von mir zu Lehn rübrender halben Wüfung Streu die Anwart- und Mithölehnshaft zugestanden und verschrieben; Als habe demselben und seinen männlichen Leibes Lebns Erben hierüber diesen Brief ausgefertiget, dergestalt und also, da sich über Kurz oder Lang nach Göttlichem Willen begeben und zutragen würde, daß Ein-gangs erstermeldete Herren Otto Engelbard und Wilhelm Heinrich von und zu der Tann, mit Tod abgehen und keine ebelich geborne männliche Leibs Lebns Erben hinterlassen, oder sonst mit der halben Wüfung Streu von mir belebhte Nordheimer Stamm ausgehen, folglich diese halbe Wüfung Streu mir oder meinen Nachkommen wiederum beimfallen mögte, daß alsdann benamte halbe Wüfung Streu mit allen ihren Zu- und Eingebörungen an obisfagten Herrn Christoph Friederich Freyherrn von und zu der Tann, oder dessen männliche Leib- und Lebns-Erben, auf eben die Art, wie sie die vorige Belehn-te von der Tann von der Familie von Weybers, Inhalt der Lebnsbriefe, innen gehabt und benuzet, können und sollen: Hingegen dieselben mir und meinen Erben für den reissigen täglichen Mann- und Pferdzedien alle Jahr auf St. Michaelis Tag zu rechter Erbzins anderthalbe Gulden je 42. Fränkische Gnaken für einen Gulden gezählet, entrichten und bezahlen, nächstdem bei vorkommenden Fällen, da entweder der Senior Familiae und Lehnherre, oder auch der Lehnmann mit Tode abgehen sollte, ermeldete halbe Wüfung Streu wiederum auf das neue empfahen, und nach dem wahren Werth des Lebns je von Hundert Gul-



Gulden 10. fl. entrichten und verlehnrechten, auch von solcher halben Wüstung Streit ohne Lehnherliches Vorwissen und Bewilligung, nichts verzezen, verkauffen noch verwechseln solle. Zu wahrer Urkund dessen habe ich Eingangsermelder von Ebersberg genannt von Weyhers mein Adelich angebornen Insiegel an diesen Lebns Expectanz Brief gehangen, und mich eigenhändig unterschrieben; So geschehen und gegeben zu Gersfeld am 19ten Tag des Monats Octobris 1740.

(L.S.) Georg Ludwig von Ebersberg
genant von Weyhers, Senior
Familiae etc.

mit begleigter Bitte, daß ich als derzeitiger Senior familiae und Lehnherz sothane Lebns Expectanz renoviren, und die gehörige Ausfertigung darüber ibme zukommen zu lassen, belieben mögte.

Wann nun diesem Suchen zu deferiren ich um so weniger Bedenken getragen, als die oben inserirte Lebns Expectanz von meinem sel. Herrn Bruder mit meinem Vorbewußt und guter Bewilligung ertheilet worden; Als habe ich sothane Lebnsanwartschaft alles Inhalts Kraft dieses renovirt und bestätigt, so fort zu wahrer Urkund dessen gegenwärtigen Lebns - Expectanz Brief darüber ausfertigen lassen, und mit meiner eigenhändigen Namens Unterschrift und begedruckten Adel. angebornen Insiegel corroboriret; So geben und geschehen zu Gersfeld den 17. Iulii 1747.

(L.S.) Ernst Friederich von Ebersberg
genant von Weyhers und Leyen
Senior Familiae.

dabei mich gebeten, daß ich als dermaliger Geschlechts-Aeltester und Lehnherz vorstehende Lebnsexpectanz gleichfalls zu confirmiren nicht entfehlen möge; So habe ich Kraft dieses dem bittlichen Antrag deferiret, sothane Lebns-Anwartschaft andurch renoviret und gegenwärtige Urkunde darüber unter meiner eigenhändigen Namensunterschrift und vorgedruckten angeborn Adelichen Insiegel ausfertigen lassen. So geschehen Gersfeld den 29 Iulii A. 1772.

(L.S.) Georg Friederich von Ebersberg
genant von Weyhers.
Senior Familiae mppr.
Quod

Quod reliquum est, cum in his feudis, quae nobis concedunt, fidem vassalliticam, et ex naturalibus ple-
raque, veluti feruimus, si non bellica, saltem quae hono-
ri sunt domino, necessitatem iusto tempore petendi in-
vestituram, et alia deprehendas, tamquam vera feuda
per omnia iure feudali illa esse censenda, vix est, quod
moneam. Itaque nihil interest, siue sine data siue oblata,
siue in capite, quod aiunt, siue ut subfeuda teneantur;
neque minus queritur, utrum a nobilibus immediatis
concedi possint, an a mediatis? Immo in causis hue per-
tinentibus iurisdictione feudali recte uti dominos directos
nobiles, ostendunt ea, quae habent Schwartzius I. c. p.
954., Struben I. l. p. 550., Senkenberg dis. cit. §. 58.
et Ludouici in der Eindl. zum Lehn - Proc. c. I. §. 100.
Haec fere habui dicere de iure nobilium feuda militaria
constituendi. Etenim rem totam, iudices, breuiter co-
gnoscite.

Iam ad VOS me conerto, GENEROSISSIMI NOBILIS-
SIMI QUE COMMILTONES, quorum causa hoc quale-
cumque monumentum ardoris erga litteras mei ponere lae-
tor. Venit tempus, o Carissimi! quo auspicia lectionum
aestuarium iterum capimus. Velim igitur, hac scriptum
culla VOS certiores fieri, qua potissimum ratione per se-
metipsum, quod instat, studiis *Vestris* inferire amorem que
Vestrum atque benevolentiam demereris sum paratus. Prae-
cipiam autem

Hora VII. — VIII. quinis diebus de *iure feudorum* ex
perill. Boehmeri vel Maſcouii libro;

Hora X. — XI. totidem diebus *ius germanicum* pri-
vatum tradam, secundum praecepta perill. Selchowii;

Hora IV. — V. singulis Mercurii, et VII. — VIII. Satumi
diebus artem interpretandi leges, hermeneuticam iuris ciuilis
vocant, ex b. Conradi obſeruationum iuris ciuilis
vol. I. ostendam;

Denique iis, qui antiquitates germanicas ex Tre-
senretero desiderent, aut examinando vel disputando

C ex-

exerciri cupiant, non deero. Initium lectionum erit d.
XXVII. April.

Habetis, *Commilitones acutissimi*, quibus VOS
volui. Valete mihi que fauere. Scrib Erlangae in Uni-
versitate literarum Friderico Alexandrina ipfis idib, April.
CICIOCCCLXXXVI,

Error typographi.

Pag. 5. lin. 16. et 17. ante verbum : neque, legendum
est : neque enim cum nonnullis nobilitati superiori;
post quae demum sequuntur illa ; neque cum b, Hom-
melio cet,

Erlangen, Diss., 1786-1818
X 242 1358



DE
**IURE NOBILIJUM
FEUDA MILITARIA**
CONSTITUENDI

LECTIONUM
IN ACADEMIA ERLANGENSI

PER SEMESTRE AESTIVUM A. C. MDCCCLXXXVI

A SE INSTITUENDARUM

CAUSA

EXPOSUIT

1786, 2

D. IO. LUDOVICUS KLÜBER



GOETTINGAE

APUD IO. CHRIST. DIETERICH

